

www.e-rara.ch

**Ioh. Iacobi Harderi med. d. et phil. prof. Basil. Prodromus physiologicus
naturam explicans humorum nutritioni et generat. dicatorum**

Harder, Johann Jakob

Basileae, an. 1679

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-72088>

Cap. III

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CAP. III.

De

HUMORIBUS SECUNDÆ
CONCOCTIONIS.

Hylus dum ultimum perfectionis suæ terminum attigit, in *vasa lactea*, quorum primus inventor *Asellius* fuisse creditur, recipitur inque futuri *sanguinis* materiam à naturâ destinatur: Quî autem sanguis ex *chylo primordia* sua sumat, cui icidem *confectionem & perfectionem* sui debeat, in diversa abeunt, qui *Veterum* dogmata sectantur, ab *illis*, qui *Recentiorum* sententiæ, saniori interdum adstipulantur, utrumque hic prolixius proponere, & cuiam opinioni calculus sit adjiciendus, explicare, è re esse videtur: Et quidem Veteres sanguinem venosum ab arterioso distinguentes, *ejus* materiam ex qua statuerunt esse chylum constantem quâ partibus solidioribus, quâ liquidioribus, variaque in se continentem corpora heterogenea, *hujus*

hujus verò materiam ex qua dixerunt esse sanguinis in venis mesaraicis præparati, & in hepate confecti partem crassiorem, quæ cum ab hepate sufficienter subigi non poterit, opus habuit multo sero & aëre externo, quibus mediantibus agilior redditur, ad quæ attenuationem aptior: *Causa efficiens* utriusque est calor viscerum, *venosi* quidem hepatis præcipuè, *arteriosi* verò cordis. *Finis* venosi est ut partim parte purissima nutriatur hepar, partim etiam in coeterarum partium nutrimentum cedat: Ita dicunt *cerebrum* expetere partem sanguinis frigidior, *lienem* terrestriorem & sæculentior, *pulmones* calidior & siccior. Idem quoque finis est arteriosi, nempe quæ cordis nutritio, quæ ut reliquæ corporis partes hoc mediante vitâ perfruantur: porro uterque sanguis considerari potest, & ratione suæ præparationis, & ratione suæ elaborationis ac confectionis, & tandem ratione suæ perfectionis. Venosus secundum ipsos primam præparationem subit in venis mesaraicis, à vena portæ innumeris propaginibus disseminatis, hæ chyli partem puriorem per intimam intestinorum tunicam, veluti per filtrum ab ipsis creditæ sunt exugere, ita A-

risto-

aristoteles dict. l. 4. de part. animal. ὁμοῦ ἐ ἡ τῶ
 μεσεντερὶς φύσις ἐστὶν, οἷον ρίζας ἔχουσι, πᾶς δὲ
 αὐτῆς φλέβας: *Quam ob rem lactes sunt, ve-*
nas sibi inditas habentes, tanquam radices:
 & Galenus l. 4. de usu part. Διὰ δὲ τὸ αὐτὸ
 τῶ καὶ φλέβες, πάμπαν μὲν εἰς ἕκαστον τῶν
 ἐντέρων ἐμβάλλουσιν, ὀλίγον δὲ εἰς τὰ κάτω τῆς
 γαστρος, ὀλίγον δὲ εἰς τὰ κατὰ τὸ σῶμα, καὶ παν-
 τάπασιν ἀμυδραὶ τινες εἰς τὸ οἶσοφάγον: ὁ μὲν γὰρ
 ὁδὸς ἦν μόνον στίων, ἡ δὲ γαστὴρ ὄργανον πέψεως,
 τὸ δὲ ἄλλοτερον αἰαδιόσεως &c. *Propter hoc ipsum*
vena multe in unum quoddam intestinorum
inferuntur, pauciores tamen in partem ven-
tris inferiorem, pauca quoque in partes, quae
juxta os sita sunt, & pauca omnino in Oe-
sophagum: Hic enim tantum via est cibo-
rum, ventriculus autem organum concoctio-
nis, intestinum verò distributionis instru-
mentum &c. Et paulò infra: ῥᾶσον γὰρ εἰ-
 πᾶν, ὡς καὶ νῦν διὰ λέλεκται, πᾶς μὲν ἐν πᾶσι σι-
 μοῖς τῶ ἥπατος φλέβας, αἰαφέρειν ἐκ τῶν κατὰ
 τὴν γαστέρα μορίων πᾶσι τροφῶν: πᾶς δὲ ἐν τοῖς
 κυρτοῖς μεταλαμβάνειν, τὰς δὲ ἀπὸ τῆς κύσεως
 πρὸς ἐκκαθάρεν τὸ πρὸς τὸ σῶμα. *Facile enim*
est dicere uti jam dictum est, venas in hepa-
tis parte sima asferre ex partibus juxta ven-
trem sitis, illas quae in cava sunt parte acci-
pere, poros autem à vesicula prodeuntes ex-

purgare excrementum: Hippocr. quoque lib.
 πει δὲ χῶν hunc in modum, τὸ δὲ λεπτότα-
 τον αἱ φλέβες ἔλκυσιν ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῶν
 ἐντέρων τῶν αἰώθεν &c. *Tenuissimum verò*
trahunt vena ex ventre ac intestinis, qua
supra sunt &c. Ejus confectio attributa
 fuit hepati, quod ope sui caloris sangui-
 nem ex venis adventantem elaborare, à què
 partibus heterogeneis admixtis, bile præ-
 cipuè ob quam peculiari donatur recepta-
 culo, segregare etiamnum hodie creditur:
 asserit hoc *Galenus* dict. l. 4. Νυνὶ δὲ ἀρκεῖ καὶ
 τὰ ποσῶτα πρὸς γε τὴν τῆς χρείας τῶν μορίων
 διδρασκάλιον: ἡ μὲν γὰρ σὰρξ τῆς ἥπατος, αὐτὴ
 δὴ τὸ ἴδιον αὐτῆς σῶμα, τὸ πρῶτον τῆς αἱματώ-
 σεως ὀργανόν ἐστιν: Nunc autem sufficiat &
 hæc quoad usum partium dixisse: & qui-
 dem caro hepatis quæ proprium ejus cor-
 pus est, *primarium sanguificationis organum*
est: Perfectionem verò suam adipiscitur
 sanguis venosus in ipsis venis, quas Veteres
 tum insitam, tum ab hepate influentem
 vim sanguificandi habere contenderunt,
 uti hoc dict. in loc. *Gal.* apertissimè affir-
 mat: διὸ καὶ πᾶς εἰς τὴν γαστέρα, καὶ σύμπαν-
 τα τὰ ἐντέρα κατεκίχτους φλεβίν, ὑπάρχει διωγα-
 μίς τις αἱματὸς ποιητικὴ, καθ' ἣν καὶ πρὶν εἰς ἡ-
 παρ ἀφικέσθαι, τὸν ἐκ τῶν σιτίων αἰαδιδρόμνον
 χυμόν,

χυμὸν, αἱματὲν αὐτὸν αἰφλέει ἐς πεφύκασιν. Propterea & *venis in ventriculum & intestina se inferentibus, vis quadam inest sanguificandi, cujus ope, succum nutritium, antequam ad hepar perveniat in sanguinem mutare possunt.*

Sanguis arteriosus primordia sua sumit secundum quosdam in *vena cava* ascendente, quâ illa cor ingreditur, secundum alios verò in *liene*, unde ob tantum quo sibi persuasum habebant defungi munus, item ob tam artificiosam structuram, plurimas venas & nervos quos recipit, ab *Aristotele νόθον ἥπαρ* seu alterum quoddam hepar fuit vocatum, lib. 3. de part. anim. c. 7. Idem tamen paulò inferius, lienem *per accidens necessarium* esse dicit, prout excrementa alui & vesica &c. *Confectio* verò sanguinis arteriosi contingit in corde, & præcipuè hujus ventriculo sinistro, quem propterea multò compactiorem, & à natura carne densiori, prædictum fuisse, ajunt, quam verò dextrum, *partim* ut subtilisatio sanguinis tantò foret commodior, *partim* etiam ne spiritibus in hoc sanguine contentis, si ventriculus laxior esset, avolandi via aperiretur. *Perfectio* ejusdem fit in ipsis arteriis, copiosè ab arteria magna seu aorta,

pertotum corpus propagatis, quæ ut venæ ab hepate, ita & ipsæ partim insita, partim à corde influente vi sanguinem arteriosum conficiendi beatæ esse creduntur.

Recentiores qui per solidam experientiam, fræquentemque αὐτοψίαν paulò meliora edocti fuère, in plurimis ab hac *Veterum* sententia, cui nec nos admodum consentire possumus, recedunt, & quidem 1. vi sanguinis circuli, ab Ingeniosiss. *Harveo* detecti pluribusque comprobati, neque venæ mesaraicæ quidpiam ad hepar, neque vena cava portionem aliquam, pro sanguinis arteriosi confectione ad cor advehit, 2. quia venæ hæ nihil adferunt, etiam peculiaris sanguinis venosi generatio, hisce visceribus non videtur posse attribui, 3. quamvis, quòd libenter vellemus, in *sylvâ caduâ cadente* item: *Exercit. de Chylif. Deusingius* contendat, oscula vasorum mesaraicorum in intestina tenuia hiantia aliquam Chyli portionem exfugere, tamen recens lacteorum vasorum inventum, multò aliam viam, qui ex chylo sanguis conficiatur, ostendit: Hinc dicimus α. primam *chyli* in sanguinem mutationem seu præparationem fieri in corde, hæcque sententia in omnium ferè ore caput

put extulit, eò quòd videmus chylum à
 facibus alvinis segregatum, per carneam
 & spongiosam intestinorum crustam, ve-
 luti per pannum quendam laneum trans-
 colari, & motu intestinorum peristaltico
 exprimi in venas lacteas (quin materiae
 chylosae ita expressae portio *succi* quâ *bilio-*
si, quâ *pancreatici* adhuc commista dici
 queat, non videtur quicquam esse absur-
 di:) expressus chylus in vasa lactea rectà
 pergit, ad glandulas mesenterii & abhinc
 ad *glandulam* magnam *Asellij*, ubi simul
 succum *lymphicum* pro ulteriori vehiculo,
 sui quæ dissolutione accipit: ex *glandula*
 magna mesenterii fertur in receptaculum
 chyli, ab aliis, *saccus lacteus*, appellati: Si-
 tum est hoc receptaculum sub coeliacâ &
 emulgentibus circa vertebrae lumbares,
 mediâ ferè regione inter musculos *ψόας*, re-
 nes & glandulas renales: ex hocce materia
 chylosa copiosè recipitur in *ductum chylife-*
rum, qui est vas è lumborum regione, se-
 cundùm spinæ dorsi longitudinem usque
 ad *venam subclaviam* seu *axillarem* exten-
 sum, & in hanc chylus unà cum lymphâ ul-
 terius pergit: ex *vena subclavia* sensim de-
 stillat in cordis *auriculam* dextram, exquæ
 hac in *ventriculum* ejus dextrum, dehinc

recipitur per *arteriam* pulmonalem, vulgò dictam *venam arteriosam* in *pulmones*, ab aere adventante quoad colorem & attemperationem, debita experturus beneficia: ex *pulmonibus* vehitur in *arteriam* venosam, ex hinc in *auriculam* cordis sinistram, & ex hac in sinistrum ejus *ventriculum*, hincque præcipuè alteratur, dissolvitur & mutatur, mutatusque per *arteriam aortam* in totum corpus distribuitur. Cùm verò, ut alia taceam, impossibile sit propter continuum cordis motum, arteriarum systolen & diastolen, ut *chylus* primò per cor transitu, in sanguinem perfectum elaboretur, alia erunt quærenda loca, quæ ejus quâ ulteriores *elaborationi* quâ *perfecti* sint destinata: Et quidem β . *elaborationi* dicata esse credimus *hepar* præcipuè & *lienem*, quæ licet ab aliis hoc ævo meris excrementis recipiendis mancipata esse proclamantur, tamen ob idipsum à nobis munere sanguificandi ornantur, neque difficile foret rationibus apologeticis hic certare, si in sanguificationis campum ingredi placeret: sufficiat hâc vice apposuisse quæ Nobiliss. *Pejerus* d. ult. Aug. An. 1677. Genève ad nos dedit, quibusque sententiam nostram, quam diu fovimus, eruditè confirmavit: *Bilem* inquit,

quit, Ille in hepate fieri certum est; non enim alibi viscerum fel apparet, aut vesicula receptrix. Neq³, quod multi, credo; Bilem eadem & substantiâ, & qualitate, & quantitate sanguini inesse, atq³ in hepatis viscere tantummodo segregari, aut ab aliis non biliosis particulis, ut loquuntur, evolvi nam sanguis non amaricat gustatu, quod necesse foret, si tantum vera bilis ei inesset, quantum indies ab hepate excernitur &c. Ex his constat, bilis quidem materiam esse à sanguine, bilem verò ipsam ab hepate. Ut autem bilis è sanguine fiat, qualis in vesicula jecinoris conspicitur, non, me hercule, sola percolatio, sed operosior & majoris molis elaboratio requiritur; pergit ille: Olim VVepserus noster in epistolâ luci edita, & aliquot annis post M. Malpighius, Bononien-sis, hepatis viscus demonstrârunt, innumerâ molecularum seu acinorum glanduloso- rum congerie exstructum. At ubi glandule, ibi fermentum est. Quanquam hoc ipsum, pro glandularum varietate, varium: Officina ergo bilis glandule sunt hepatis. In harum singulas, venarum, & portæ, & cavæ ramuli, nec non arteriolarum exiles fibræ, cum nervulorum filamentis excurrunt. Quo ipso contingit omnino, universam sanguinis mas-

sam, per hasce angustias, venarum & glandularum, velut per cribrum aut colum traji-
ci, bilisq; separationem quodammodo perco-
latione inchoari. Ast guttulam unamquam-
que sanguinis in singulis glandularum cor-
poribus, verisimile est peculiari ratione fer-
mentari, adeò ut actu hoc maximè sulphurei
& salini combinatio procuretur: sèro & san-
guine superfluis, in ramulos venæ cava re-
misso, &c. Et quæso, si hepar organum ef-
fet merè colatorium, quare tanta require-
batur ejus moles, quæ in omnium animan-
tium genere conspicua est? quare tot ve-
narum seminia? vel vesica huic muneri
sustinendo suffecisset.

Perfectionem verò, γ. fieri volumus in
corde & ipsismet arteriis, in quo nobis fa-
cile consensum suum præbebunt ii, qui cor-
di primas & ultimas in sanguificationis
munere attribuunt: In scenam confirma-
tionis ergò producemus aliquot loca ex i-
psis Veterum sacrariis deprompta: Hippocr.
l.4. de morb. paragr.2. delibaturus unde u-
nusquisque humor corpori primariò sup-
peditetur, inquit: Η' κοιλίη τῷ σώματι παλ-
των πηγή ἐστίν, πλέη ἔχουσα: κενὴ δὲ χρομίσῃ ἐ-
παιωρίσκεται ἀπὸ τῆς σώματος τηχεύσεως: εἰσὶ δὲ
καὶ ἄλλαι πηγαὶ τίσσασες, ἀφ' ὧν χωρεῖσι τῶν
ἐκασ-

ἐκαστον ἐς τὸ σῶμα: τῷ μὲν δὴ αἵματι ἡ καρδίη
πηγή ἐστιν, τῷ δὲ φλέγματι ἡ κεφαλὴ, τῷ δὲ ὑ-
δατι ὁ σπλὴν, τῇ δὲ χολῇ τὸ χεῖρον, τὸ δὲ τῷ
ἥπατι &c. *Ventriculus dum plenus est, omni-
um horum corpori fons est. Verum ubi va-
cuus est corpore fruitur colliquescente: Sunt
autem & alii fontes quatuor, à quibus unus-
quisq; horum humorum in corpus procedit, &
sanè sanguini fons est cor, pituita caput, aqua
splen, bili locus folliculi in hepate: confir-
matidem in Epist. ad Macedonum Regem
Perdiccam, ajens, sanguinis autem locus &
spiritus in corde est: multoque distinctius
adhuc in l. περὶ καρδίας: ἡ δὲ ἀποκείρη, φα-
νίσεται καὶ δίσσα σμάτα ἐπὶ δυοῖν γαστέροι. ἡ γὰρ
παχὴν φλέψ ἐκ μίης αἰατέσται, πλανῶν τ' ὄψιν,
ἡ δὲ αἰατμῆς. αὐτὰ πηγὰ φύσι & αἰθρώπῃ, καὶ
οἱ ποταμοὶ, ἐν ταῦτα ἀνὰ τὸ σῶμα τοῖσιν ἄρδεται
τὸ σκῆν &, ἔτσι δὲ καὶ ζῶν φέρει τῷ αἰθρώπῳ,
κὴν αὐατέσται ἀπέθανεν αἰθρώπῳ, si autem
quis praefecet, apparebunt duplicia oscula in
duobus ventriculis. Crassa enim vena ex
altero excurrrens visum decipit, si fuerit re-
secta. Hi fontes humana natura, & haec flu-
mina sunt, quibus totum corpus irrigatur: at-
que hi etiam vitam homini conferunt, & ubi
resiccati fuerint, homo moritur. Aristoteles
13. de part. animal. c. 4. cor venarum originem*

& sanguinis fontem pronuntiat &c. Ἀλλὰ μὲν τῶν ἄλλων σπλάγχνων διέχουσιν καὶ φλέβες, ἀλλὰ οὐ τῆς καρδίας ἔστι διατείνουσα φλέψ, ὅθεν καὶ διήλυνον, ὅτι δεχὴ τῶν φλεβῶν ἐστὶ χυμώσιον, ἡ καρδία, καὶ τῶν εὐλόγως: *Cum per cetera viscera venae transigant, nulla per cor tendit: Itaque partem & principium venarum cor esse, apertum est, idque optimâ ratione: & paulò infra: ἐκ τῆς καρδίας τὸ αἷμα ἐποχετεύεται εἰς τὰς φλέβας, ἐς οὗς τὴν καρδίαν οὐκ ἄλλοθεν, αὕτη γὰρ ἐστὶν δεχὴ καὶ πηγὴ τῶν αἱμάτων* Θ, ἢ ὑποδοχὴ πρώτη: ἐκ τῶν αἱματομῶν δὲ κατὰ διήλυντα ταῦτα, καὶ ἐκ τῶν χυμῶσεων, εὐθέως γὰρ ἐστὶν ἐναμιον Θ, πρώτη χυμώσιον τῶν μορίων ἀπάντων: *Sanguis enim ex corde ad venas quoque derivatur, at verò ad cor non aliunde devenit: id enim origo prima, & fons sanguinis est, aut conceptaculum primum: Hæc ex consuetudine animalium perspicui possunt, atque etiam ex generatione, cor enim statim omnium partium primum consistens sanguinolentum est; quæ Aristotelis sententia, utpote αὐτοψία innixa, nobis maximè verisimilis fit & accepta. Etenim ex ovorum inspectionibus in pulli generatione nobis adaperitum fuit, punctum saliens, cordis munia obiens, imò in hoc ipsum faciens, diu ante hepatis molem, conspici, suoque munere strenuè defungi, antequam*

quam vel minima hujus adsint vestigia, evidenti argumento, id quod in generatione circa has partes obtinet, etiam in generato obtinere posse, neque est *ut scrupulum tibi moveas rem aliter se habere in homine*, natura siquidem in hisce ludere vix solet, & si nullum aliud nobis suppeteret refugium, vel hoc unicum sufficere posset, quod *Veteres* plenâ voce *cor* primum vivens & ultimum moriens appellârunt, caloris item insiti fontem & principium, quibus titulis vanè luderetur, si *vena* & *hepar* primas in sanguificatione sibi vendicarent, cordique demùm hoc subministrarent, ita enim vel illæ partes primò viverent, caloremque singulis partibus distribuerent: Et ad quod aliud asylum quæso confugient ii, qui reliqua viscera tantùm non meras cloacas faciunt? si *cordi* munus sanguinem perficiendi denegaverint: Equidem *sanguinem* ipsum *sanguificare*, non imus inficias, utpote particulis fermentaceis refertissimum, utrum autem hoc *cordi* præjudicet, valdè dubitamus, siquidem per hujus antra transeundo, novo *spirituum*, nunc resuscitatorum, nunc regenitorum agmine stipatur.

Sanguis hunc in modum generatus & perfectus,

fectus, considerari potest vel *generaliter*, pro quatuor *humoribus alimentariis*, in massâ sanguineâ contentis, seu, pro totâ mixti compage, ex principiis Chymicorum supradictis, conflatâ: Vel *specialiter*, pro sanguine in specie sic dicto, & à reliquis massæ sanguineæ partibus distincto, de cujus generandi modo jam actum est: nunc de *bile alimentari*, sive massæ sanguineæ parte oleosâ, pituitâ item seu phlegmate, & *melancholiâ* sive parte terrestri fusiùs discurrendum: Et quidem quatuor harum partium existentia, quâ Veterum rationibus probari possit, supra ostendimus: Id unicum adhuc subjungimus, quod Hippocr. habet in l. de struct. homin. Mundus ex quatuor elementis consistit: Igne, aëre, aquâ, terrâ, calido viz. humido, frigido, siccoq;: Iisdem ex elementis quatuor totidemq; humoribus & homo consistit, sanguine, scil. pituita, flavâ atrâque bile, & sanguis quidem aëri, pituita aqua, flava bilis igni, & atra terra assimilatur, adeò ut de mixtâ horum in massâ sanguineâ existentia, illi non amplius hæsitarent: Et sanè si rationem consulimus, nonne ipsa suadet, chylum ex variis partibus heterogeneis constare, quæ ad cor advectæ, dissolutæ & perfectæ, varias partes in sanguini

guine efficiunt & constituunt? Aut num adeò malè hoc explicuerunt *Veteres*, quod sanguinis partem calidissimam, bilem, partem quæ crassa est frigida & sicca, succum melancholicum, quæ cruda est frigida & humida, pituitam, quæ verò tum substantiâ tum qualitatibus mediocritate quâdam continetur, sanguinem, peculiari appellatione, dixerunt esse.

Heurnius lib. 4. institut. cap. I. Chyli partem temperatiorem ab hepate dicit in sanguinem verti, quæ modum excedit, in bilem flavam, quæ mediocritatem non attingit in pituitam, quæ verò ex concoctione subsedit, in melancholiam: Quid aliud clamant illi, qui, (quod *Veteres* per partes calidas, humidas, frigidas & siccas significarunt,) Chylum dicunt constare multo spiritu cum sulphure, partibus item salinis, partibus aliis crudioribus phlegmaticis, aliis crassioribus & difficilioris omnino subactionis, faculentis: Num quid igitur tam magnum erit ἀτόπον, si, ut *Veterum* placitis honor maneat promeritus, factus & illibatus, dicamus, ex parte chyli maximè temperatâ seu parte mercur. cum sulph. purissimo & sal. volat. junctâ, generari sanguinem in specie sic dictum, ex parte minus temperatâ excedente, seu sulphureâ magis

magis & *salinâ*, (cum sulphur hoc vel leviter exaltatum, ferociat) originem sumere *sanguinem calidiorem* seu *bilem*, ex parte *feculentiore terrestri*, originem suam trahere *melancholiam*: Pars hæc cum in concoctione subsideat, & à calore fermentante, non raro aduratur, vulgò *bilis adusta* seu *atra* vocatur.

Cum autem & ipsi hi *humores alimentares*, partes *excrementitias* sibi mixtas habent, vel etiam temporis tractu adsciscant, quemadmodum videmus vinum, etiam optimæ notæ, licet antea jam defæcatum, faeces contrahere, quò eò puriores in *sanguine* existerent, natura provida varia loca secretoria constituit: ita in *hepate* fit segregatio *bilis*, in *liene melancholice excrementitiae* seu *succi melancholici*, de quibus alii prolixius.

Hisce præmissis, ad *qualitates, differentias & usus* horum *humorum* recto progredimur tramitate.

Sanguis in specie sic dictus, *humor* est *mediocris substantie*, *calidus & humidus*, coloris *rubicundi*, saporis *dulcis*: Hippocr. in supra allegatâ Epistolâ ita de hisce: *Sanguis gustu dulcis est, Pituita salsa, flava bilis, amara, atra verò acetosa*, & in lib. αἷμα καὶ χυμὸν αἰσθάνεσθαι.

πρ, paragr. 13. Τὸ δὴ αἷμα κατὰ ταῦτα αὖξεται
ὑπὸ πρ τῶν ὀμβρῶν καὶ τῶν θερμῶν ἡμερῶν, καὶ φύσιν
γὰρ αὐτῶν ταῦτα ἐστὶ μάλιστα τῶ ἐνιαυτῷ, ὑγρόν τε γάρ
ἐστὶ καὶ θερμόν &c. *Sanguis autem juxta hæc
augescit ab imbribus videlicet & calidorum
dierum tepore: Hæc enim anni pars maximè
juxta naturam ipsi convenit, ut quæ calida &
humida existat, est enim humidus & calidus.
Gal. 1. 2. περὶ κρᾶσεων, θερμότετον ἀπαύτων ἐν τῷ
ζῳ ὑπαρχόντων τὸν τῷ αἵματι & χυμὸν: Omni-
um humorum calidissimum sanguinem pro-
nuntiat: Arist. quoque lib. 2. de partib. anim.
cap. 3. sanguinem nunc calidum, nunc frigi-
dum dicit: Τέτων δὲ διωρισμένων, φανερόν ὅ-
τι τὸ αἷμα, ὡς δὲ μέν ἐστι θερμόν, τὸ δὲ ὑποκείμενον,
καὶ ὅποτε ὃν αἷμα ἐστὶν, & θερμόν, καὶ καθ' αὐτὸ ἐστὶ
μέν ὡς θερμόν, ἐστὶ δὲ ὡς & &c. Dicuntur au-
tem hæc omnia respectivè, uti vel ex ipsis
verbis Aristot. concludi potest, si nempe
sanguis cal. & humid. conferatur cum reli-
quis humoribus, quorum respectu vel cali-
dior vel minus calidus existit.*

Exhibitis singulorum humorum descri-
ptionibus. facile in quibusnam unus ab al-
tero differat, colligere erit.

*Sanguis humor est mediocris consistentie,
coloris rubro, sapore dulci. Veteres non im-
meritò hæc tribuere calori moderato, opti-
mè*

mè officio suo defungenti, & inprimis quoad *consistentiam*, quam sibi optimam præ cæteris vendicat; *Caloris* enim secund. *Arist.* l. 1. *meteorologic.* c. 2. ἡ πέψις ἐστὶ, *concoctio* & homogeneorum ab heterogeneis segregatio est, & uti l. 2. *de part. anim.* c. 7. loquitur, τῆς ψυχῆς τοῖς ἔργοις ὑπηρετικώτατον τῶν σωμάτων τὸ θερμόν ἐστι, *Ad exequenda animæ officia calor omnium maximè administrandi vim habet*: *Colorem* autem *rubrum*, reservatis facultatis concoctricis & caloris dignitatibus, ab *hepatis* ipsius parenchymate sumere, augurati sunt, ajendo partes chylosas plerasque, in *hepatis* & *venarum* coctione rubescere.

Hippocr. *Dulcedinem* à cocturâ deducit, lib. πρὸς αἰρών &c. inquit: γίνεται δὲ καὶ τ' ἄλλα πάντα, τὰ ἐφόρμια αἰεὶ γλυκέα. *Fiunt autem omnia quæ coquuntur, semper dulcia* &c. Nos ne in venerandam Antiquitatem ullatenus peccemus, hæc sententias, quarum media crassiusculè explicata cuiuspiam videri posset, suo loco relinquimus, *calorisq; & facultati concoctrici* nullam illaturi vim, à *Modernis* tamen paulò accuratiùs ἀπολογίαν horum tradi existimamus, dum *hi* & *colorem rubicundam*, & *saporem dulcem*, attribuerunt, quæ *sulphuri* copioso & lau-

laudabili, quâ eidem à *spiritu* edulcato: Ita videmus pomum ante maturitatis tempus, vel insipidum esse, vel acescere, donec sulphur sufficienter exaltatum & à *spiritu* edulcatum fuerit: Talis quædam à sulphure ope spir. edulcato, in saccharo est dulcedo: Itidem observârunt *Authores*, corpora *sulphurea* præ cæteris quibuscunque, menstruo solventi colorem rubedine maximè saturatum, impertire, & si quando ob nimiam cruditatem, sulphur minus dissolvitur, *sanguis aquosus & pallidus* existit, uti in *hepaticis* vulgò dictis, aliisque animadvertere licet: Sic si sumas v. gr. lact. recent. ℞. β. salis tartari ʒj. hæcque coquas in olulâ, videbis spatio horæ quadrantis, lac in sanguinem abire, immanentibus in superficie, quasi fibris ex cremore conflatis: Eodem modo se res habet in *chyli* mutatione in *sanguinem*, illius enim sulphur crudum per *fermentum* cordis vel si mavis, partes salinas cruoris, sulphureis mistas, exaltatur in *rubicundum*.

In transitu hic notandum, diversum aliquo modo *sanguinem* esse qui in arteriis, ab eo qui in venis existit: Qui in arteriis est, ex flavo rubescit, seu purpureus est, tenuior & rarior, partim ob aeris commixtionem,

D

qui

qui cum particulis *nitrosis* imprægnatus sit, sanguinem per pulmones circulum suum obeuntem volatilifacit, hujusque flammulam amicè refocillat, *partim* ob continuam pulsationem, unde magis rarefcit, *partim* etiam propter majorem spirituum vitalium copiam : Qui in *venis* est, propter earundem causarum defectum, *nigrior* est & *crassior*.

Sanguinem in specie sic dictum, excipit *Pituita alimentaris*, quæ est humor *frigidus* & *humidus*, *albicans* & *insipidus*: ita Hippocr. I. περὶ φύσεως ἀνθρώπου : περὶ μέλου δὲ τέτων, ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον ἐὶ ἐτέλει ψαῦσαι φλέγματ' & καὶ χολῆς καὶ αἵματ', τὸ φλέγμα εὐρήσεις ψυχρότατον εἶναι &c. *Signa autem, quod pituita frigidissima est, hæc sunt : Si enim pituitam & bilem & sanguinem contingere libuerit, pituitam sanè frigidissimam esse comperies.* Et Gal. I. 3. de loc. affect. *frigidus & humidus* humores, generaliter nomine φλέγματ' complectitur : Cæterum satis magnâ copiâ, humor hic in corpore nostro aggeri solet, utpote à quo sanguinis fluiditas dependet, & cujus ope ejusdem fervor sæpius restinguitur: *Urina* quoque & *sudoris* materiam abhinc nobis cum Clariss. Willis. derivare liceat : Is hic sol-

ven-

vendus restat nodus, quî nos *pituitam insipidam* ausimus pronuntiare, cum *Hippocr.* superius *illam salsam* esse dixerit, & *Galen.* referent. Clariss. *Zvingero* l. 3. de *facult. natur.* *pituitam alimentum dulce* esse asserat. Certè grande nefas contra tam industrios Artis nostræ Promotores, aliquid temerè asserere: Fatemur hic libenter nostram imbecillitatem, siquæ, quod nondum penitus persuasum habemus, hæc fuerit *Veterum* mens, *phlegma* vel *salsum* vel *dulce* esse ex se, veniam precamur, si *avm. ψία* & sensibus nostris, ad quos ipse provocat *Hippocr.* majorem quàm illorum effatis habuerimus fidem; etenim in *sanguinis* destillatione, *phlegma insipidum* planè deprehendimus; id juxta concedimus, propter aliorum *humorum* admixtionem, diversos sapores sibi facilè posse adsciscere, & cum *Villifius*, *materiam urinae* quæ *salsa* est, hinc deducat, quîn huic, dum *sanguini* in circulum currenti debita præstat munia, partes *salinae* possint incoqui, vix dubitamus.

Bilis alimentaris humor est *tenuis*, *calidus* & *siccus*, *amarus*, ad *flavedinem* tendens:

Causam efficientem, hujus ut & coeterorum, statuunt *facultatem concoctricem*, quæ

ex partibus chyli calidioribus & siccioribus alteratis & subactis, iisque, quæ crassiores & ad nutriendum inidoneæ forent, ad vesiculam felleam segregatis, *bilem nutritiam* producat: *Causam* verò *materialem Hippocr.* 1. 4. πεινέσων paragr. III. ita describit. Εν τοῖσι βρωτοῖσι καὶ τοῖσι ποτοῖσι εἴνεσι πᾶσι καὶ χολώδεός τι καὶ ὑδρωπειδέει, καὶ αἱματώδεει, καὶ φλεγματώδεει τῇ μὲν πλείον, τῇ δὲ ἑλάσσον, &c. In omnibus cibus & potibus & biliosi quid est, & aquosi & sanguinei & pituitosi, in alio plus, in alio minus. Quibus autem refragantur strenuè, quotquot *bilem alimentarem* in corpore rident, licet partem *sulphuream* vel *oleosam*. quam *Veterum* humori *bilioso* æquipollere iussimus, negare nequeant: Recinimus proin primam nostram cantilenam, quamvis plurium auribus ingratam, assumptâque parte *sulphureâ*, *bilem nutritiam Veterum*, spir. sed pauciore, *sulphur.* & *sal.* copiosioribus unâ cum aquâ constare dicimus: Sententiam hanc tacitè tuetur ipsemet Divinus Artis nostræ Parens, dum 1. πεινέει Διαιτήης par. 31. inquit. Τὰ πύονα τῶν κρεῶν καυσώδεια, Διχωρητικὰ δὲ. *Pingues carnes æstuosæ sunt*, sed *alvum movent*: & par. 33. τὰ γλυκέα θερμαίνεν πέφυκε. *Dul-*

cia calefacere solent: nullam sanè ob aliam rationem, quàm quòd hujus modi cibaria multo sulphure imprægnata, in *bilem* facile sunt convertibilia, quæ postmodum quâ partibus sulphureis in malsâ sanguineâ junctæ, *calorem* in corpore auget, quâ segregata & copiosior ad intestina amandata, acredine suâ fibras intestinorum nerveas stimulando, frequentiore dejectionem efficit.

Melancholia humor est crassior, frigidus & siccus, niger & acerbus: refertissimi sunt de hoc humore Veterum libri, quos hodie haud pauci sequuntur, qui in viscerum obstructionibus gravioribus, *lien*is inprimis, *mesenterij*, aliarumque partium glandularum tumoribus durioribus, præter humores sæculentos, *melancholicos*, nihil quidquam accusant: Equidem humorem ejusmodi, qualem modò è Veterum nonnullorum mente descripsimus, *alimentarium*, in corpusculo nostro monstrare, res difficultatis plena: *Obstructiones* & *tumores scirrosos* naturam redolere *terrestrem*, & *materiæ tartareæ* sæculentæ sæpius esse *τενεμειον*, non imus inficias, juxta tamen putamus, *coagulum* hæc potius, *partiumque salinarum* fixarum & terrestrium, redun-

§4 CAP. III. De Humor. secunda concoct.

dantiam ac resitantiam agnoscere, quæ ipsæ cœteris cruoris partibus crassiores existentes, postquæ concoctionem subsidentes, *Melancholia Veterum* fortè respondere possunt, siquidem & illæ, propter spiritus & sulphuris inopiam, salis contra & terræ copiam, acerbæ deprehenduntur.

Sunt qui non incongruè *Melancholia Veterum excrementitiæ* substituant, *succum pancreaticum*, de quo videatur accuratissimè differens *Regnerus de Graef*,

